



# Disputatio juridica inauguralis de nuptiis

<https://hdl.handle.net/1874/340698>

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
NUPTIIS,

QUAM  
DIVINO NUMINIS AUSPICIO  
*Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,*  
D. JOHANNIS van MUYDEN,

Jur. Utr. Doct., ejusdemque Facultatis in Illustri hac Academia  
Ultrajectina Professoris Ordinarii, Dignissimi,  
NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici consensu, & Nobilissima  
Facultatis JURIDICÆ Decreto.*

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Et summis in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis  
rite, ac legitime consequendis,

*Eruditorum Examini subjecit*

ADRIANUS VERHOEVEN, S.F. Ifulstadii Batav.

*Ad diem 23. Julii, horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clc lbc LXXXVII.

D E O  
O P T. M A X.

P A T R I Æ P A T R I B U S .

E T

A m i c i s i n t e g e r r i m i s .

*Se ipsum & hanc Disputationem  
Inauguralem offert*

ADRIANUS VERHOEVEN.

AUCTOR.



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

DE

NUPTIIS.

THESIS I.



Nuptiæ sive matrimonium est viri & mulieris conjunctio, individuum vitæ consuetudinem continens §. 1. *inst. de pat. potest l. 1. d. de Rit. nupr.* atque in eo est formale conjugii, atque ejusdem consummatio quæ ut esse possit, necessaria est sponsæ ad domum deductio: *arg. l. 5. & 6. d. eodem l. 6. Cod. de donat. ant. nupr. l. 15. d. de cond. & demonstr. domum intelligo in qua maritus sit paterfamilias & dominus; l. 5. in fine d. de rit. nupr. l. penult. d. de donat. inter. vir. & uxorem.*

II.

Nuptiæ sunt vel justæ vel injustæ, justas autem nuptias contrahunt

## 4 DISPUTATIO JURIDICA

trahunt cives Romani qui coeunt secundum legis præcepta *pr. inst. hoc tit.* Injustas contrahunt servi peregrini deportati *l. 3. Cod. de incestis nuptiis.* In genere autem justæ nuptiæ habendæ quæ secundum cujusque populi instituta contrahuntur.

## III.

In justis enim nuptiis requiritur justa ætas contrahentium quæ est in masculis quando facti sunt puberes *pr. inst. hoc tit.* Romani ea demum ætate civibus suis matrimonia permiserunt, quæ natura apta esse creditur ad generandum maribus post annum decimum quartum, quo tempore ipsam ætatem necessitate pubescere, & vim generationis moveri incipere scribit *Macrob. in somn. scipion. 6.* feminis autem biennio maturius, quia post duodecimum annum virum pati posse creduntur *l. 10. d. de Cond. & demonstr. l. penult. d. quando dies leg. l. 4. d. de ritu nupt. cujus diversitatis si quis rationem quærat, adeat Aristot. 4. de gen. animi C. 6.*

## IV.

Nuptiæ consistere non possunt nisi consentiant omnes, id est, qui cœunt & in quorum potestate sunt *l. 2. d. de Ritu nuptiarum l. 12. Cod. de Nuptiis pr. inst. eodem*, quod etiam in sponsalibus observatur *l. 7. §. 1. l. 11. & seqq. d. de sponsalibus*, primum nuptiæ sine consensu cœuntium non consistunt *l. 30. d. de Reg. Jur.* sicut nec alius ullus contractus potest intelligi sine consensu *l. 2. §. 3. d. de pact.* quid ergò si error intervenerit, distingui debet: nam si talis sit error qui consensum impedit, puta si quis erret in persona, Mæviæ esse cum qua contraxit & est Titia ille error vitiat matrimonium *Arg. l. si per errorem 15. d. de Jurisd. l. 9. d. de contrahenda empt.* sed si tantum sit erratum secun-

secundum accidentalia putans divitem esse & erat pauper, talis error non vitiat matrimonium; nam justus consensus adest: & in quorum potestate sunt, hic queritur an non requiratur matris consensus, quod negatur nisi tantum honestatis causa: nec patris filii emancipati *l. 25. d. de Ritu nupt.* filia autem emancipatae minoris viginti quinque annis arbitrium non est planeliberum. *l. 18. & l. 20. Cod. de Nuptiis.*

## V.

Consensus sive voluntas patris in nuptiis adeo necessarius ut etiam praecedere debeat *l. 25. §. 4. d. de acquir. hered.* neque rati habitio patris postea superveniens non facit nuptias retro legitimas, sed ex eo demum tempore justae intelliguntur ex quo eas ratas habuit pater per *l. 11. d. de statu hom. l. 65. §. 1. d. de ritu nupt. l. 13. §. 6. d. ad leg. Jul. de adult. l. 6. Cod. hoc tit.* sufficit autem vel tacitus consensus praecedens aut concomitans *l. 5. Cod. l. 7. §. 1. d. de spons.* nec obstat quod liberi ex concubina suscepti matrimonio cum ea postea contracto legitimi fiant *§. ult. inst. hoc tit.* nam veteribus omnis legitimatio incognita fuit & quod de natis ex concubinato consortio jure civili permisso postea constitutum est, non debet extendi ad eos qui nati sunt ex conjunctione vetita & pro stupro habita.

## VI.

Non omnes enim uxores ducere licet, nam debemus abstinere à vetitis & nefariis nuptiis ut habetur *§. 1. & seq. inst. hoc tit.* in summo scilicet gradu: nam in his tanta est turpitudine & scditas, ut natura omnes à tali conjunctione abhorreat. Et hoc est incestum, quod jure gentium committitur ut in *l. ult. d. de Ritu nupt.*

## VII.

Sunt enim vetitæ nuptiæ quæ contrahuntur inter cognatos & affines §. 2. *Inst. hoc tit.* cognati sunt qui ex eodem sanguine descendunt & hi sunt vel in linea recta vel obliqua; in linea recta nuptiæ prohibitiæ sunt uno verbo in infinitum §. 1. *Inst. h. t.* in linea obliqua sive transversa æquali unus tantum gradus Jure Civili prohibitionem habet, nimirum fratrum & fororum nuptiæ l. 17. *Cod. hoc tit.* quæ ratione cognationis etiam incestæ dicuntur l. 39. §. 1. *D. de ritu nupt.* l. 5. *D. de quæst.* l. ult. *Cod. de incestis nupt.* quas etiam à Deo interdictas non uno loco reperimus *Levit. cap. 18. vers. 9. & cap. 20. vers. 17. Deut. cap. 27. vers. 20.* quid ergo an hæc interdictio sive lex de non ducendis fororibus & ipsa moralis, perpetuamque & naturalem causam prohibitionis: moralem esse & naturalem non dubito, quod Deus ita per Mosem pronuntiat, qui acceperit sororem suam, nefariam rem operatus est, & in conspectu populi occidetur *Levit. Cap. 20. vers. 17. & Deut. 17. vers. 20.* maledictus inquit omnis qui dormit cum sorore sua, adeoque ex abominationibus propter quas Dominus Deus Cananeos extirpavit hæc una fuit *Levit. 18. circa finem* qui tamen non aliam legem quam naturalem habuerunt.

## VIII.

Prohibentur etiam in linea transversa inæquali nuptiæ inter eas personas quæ parentum liberorumque numero sunt l. 17. §. 2. & l. 39. *D. de Ritu nupt.* l. 17. *Cod. de nuptiis* l. ult. *Cod. de incestis nupt.* in linea transversa æquali qui quarto gradu sunt dicit Imperator conjungi posse, nimirum fratris & sororis liberos l. 3. *D. de ritu nuptiarum* l. 19. *Eod. hoc tit.* §. 4. *Inst. Eodem.*

## I X.

Hactenus de nuptiis quæ propter cognationem prohibentur, cognationis quoddam simulacrum est affinitas: cujus etiam ea vis est ut quosvis affines viri & mulieris cognati dicti ab eo quod duæ cognationes quæ inter se diversæ sunt per nuptias copulantur & altera ad alterius cognationis finem accedit *l. 4. §. 3. D. de grad. & affin.* eadem linea recta prohibitio est in affinitate quæ in cognatione est *l. 14. §. ult. D. de ritu nupt. l. 17. Cod. de nuptiis §. 6. & 7. Inst. Cod.* regula Juris Civilis est, eos, qui in numero parentum aut liberorum sunt conjungi non posse *l. 53. D. Eod. cui locus etiam in affinitate l. 14. §. ult. D. Eodem Levit. cap. 18. vers. 15. & 17. 1. ad Corinb. 5.*

## X.

Qui autem coeunt adversus ea quæ prædicta sunt vel ipso Jure nuptiæ tales nullæ sunt & præterea qui ita coeunt pro qualitate delicti castigantur primum dicitur ejusmodi nuptias non subsistere sicuti nec cætera subsistunt quæ contra leges fiunt *l. 5. Cod. de legibus* unde sequitur quod Justinianus ait *§. 6. Inst. hoc tit.* nec virum nec uxorem nec matrimonium nec dotem in tali conjunctione intelligi, imò dubitari non debet quin in primis dicti *§. 6.* verbis contineantur etiam nuptiæ filiisam, sine patris consensu contractæ ut & ipsæ neutiquam jure consistunt *l. 2. D. de Ritu nupt. l. 68. D. de Jure dot. l. 13. §. 6. D. ad leg. Jul. de adult. & liberi ex tali coitu suscepti injusti & illegitimi sunt ut in l. 11. D. de statu hom.*

## X I.

Solvitur matrimonium uno conjuge mortuo quod reiterari


ab



## 8 DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS.

ab altero potest *toto tit. Cod. de sec. nupt.* quod tamen permiffum magis quam probatum est; inter vivos solvitur nam si propter frigiditatem insanabilem petatur divortium id non solvitur proprie, sed irritum pronuntiatur *arg. l. 10. cum Auth. seq. Cod. de repud. l. 39. §. 1. D. de Jure dotium* & tum alter conjugem cogi non debet ut cohabitet cum periculo peccati, sed declaratione Judicis interposita alii nubere poterit, solvitur alterius conjugis adulterio *l. 8. §. 2. Cod. de repud. Math. cap. 5. vers. 31. & 19. vers. 9.* & malitiosa desertione *1. Corinb. 7. vers. 15.* quod à consistoriis Eccles. Evangelicarum passim usu receptum recte servatur, atque has duas causas agnoscunt sacræ literæ, addidere Impp. & alias multas *l. 8. Cod. de Repud. Nov. 117. C. 12.*

F I N I S.





# COROLLARIA.

I.

*Mandator vulneris cade subsecuta tene-  
tur de cæde.*

II.

*Filiusfamilias non potest facere testamen-  
tum.*

III.

*Mater non habet dandi potestatem liberis  
tutorem.*

IV.

*Pater liberis exhæredatis tutorem dare po-  
test.*

V. Cor-

V.

*Corpus legatum si non reperiat in here-  
ditate, non debetur.*

VI.

*Servus non habet bona propria.*

VII.

*Mandatarius præstat dolum & omnem  
culpam.*

